

Peifer Memorabb. Lips. p. 372 berichtet, dass auf dem Platze der wenige Jahre nach Einführung der Reformation (nach Vogel Chron. S. 123 im J. 1546) abgebrochenen Katharinenkirche ein Privathaus am Ausgange der Katharinenstrasse (in fine Catharinensis viae) erbaut worden sei, und dieser ungenauen Angabe folgend suchen Vogel, Gretschel u. A. die Kirche an der Ecke der Katharinenstrasse und des Brühls. — Auf dem Platze der abgetragenen Kirche erbaute der Rath ein Haus (jetzt Katharinenstrasse No. 12) und überliess dasselbe 1558 an Georg Schubert; das Haus No. 11 lag „bei St. Catharinenkirchen“ (1436). Den Raum an der Ecke der Katharinenstrasse aber, „wo die Priesterhäuser gestanden“, erwarb Hieronymus Lotter.

No. 14. 1245. 8. Juni.

*Markgraf Heinrich cignet fünf grosse Hufen zu Mitisdorf.*

Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis praesentem paginam inspecturis imperpetuum. Ut ea quae coram nobis in nostra praesentia rationabiliter facta sunt robur semper optineant et validum firmamentum et a nullo imposterum retractari valeant ullo modo, ideo tenore praesentium publice declaramus, quod intuitu pietatis quinque mansos magnos sitos in villa Mitisdorf<sup>a</sup>), quos Henricus burgensis noster de Lipze dictus de Vriberc a nobis habuit in feodo et nobis eosdem multis praesentibus resignavit, ecclesiae sancti Thomae apostoli in Lipze contulimus liberaliter ac libenter, volentes ut eosdem in perpetuum omni impedimento cessante possideat tam libere quam quiete. Ne autem iam dictae ecclesiae super mansis memoratis possit imposterum praeiudicium generari, ad abundantem cautelam ipsi dari praesens fecimus instrumentum sigilli nostri munimine roboratum. Datum Lipze anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLV<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>. Idus Junii, III<sup>ae</sup> indictionis. Huius facti testes Albertus burchravius de Liznic, Hermannus iunior burchravius de Misne, Henricus marscaleus noster de Gnannenstein, Vlricus de Maltiz, Henricus de Kaskirgen, magister Cristoforus curiae nostrae notarius et burgenses de Lipze Simon Bec, Henricus dictus de Vriberc et alii quam plures.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem beschädigten Reitersiegel an Fäden von rother, grüner, gelber und weisser Seide. In einer zweiten Ausfertigung dieser Urk. von demselben Tage (Orig. im Rathsarchiv) fehlen die Namen der Zeugen und das Siegel ist mittelst eines Pergamentstreifens befestigt.

<sup>a</sup> Meusdorf, Par. Markkleeberg, b. z. T. nur noch ein zu dem Rittergut Döllitz gehörendes Vorwerk.

No. 15. 1246. 30. Apr.

*Bischof Heinrich und das Capitel zu Merseburg eignen zwei Hufen zu Baalsdorf, die Heidenreich von Lindenau von Heinrich von Chotsowe, dieser vom Markgrafen von Meissen, der Markgraf vom Bischof zu Merseburg bisher zu Lehen hatten.*

In nomine domini amen. Henricus permissione divina episcopus, N. praepositus, F. decanus totumque Mersburgensis ecclesiae capitulum universis Christi fidelibus imperpetuum. Noverint omnes tam praesentis temporis quam futuri, quod Heidenricus de Lindenowe miles duos mansos sitos in pago villae Baldewinstorf,